



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CLXIV. Papst Innocenz befiehlt den Domstifte, den Hoyer Falken zum
Besitz einer Major-Präbende zuzulassen, an 17. Nov. 1359.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

CLXIV. Papp Innocenz befehlt dem Domſiſte, den Hoyer Falke zum Beſitz einer Major-Präbende zuzulaſſen, am 17. Nov. 1359.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis Decano et Johanni de Santerſleue Canonico ac Capitulo ecclesie sancti Nicolai Stendalgenſis. — Sane petitio pro parte ueſtra nobis exhibita continebat, quod olim hogerus falke, qui pro Canonico ecclesie ueſtre ſegerit, uigore quarundam litterarum noſtrarum, per quas beneficium eccleſiaſticum cum cura uel ſine curia ad collationem uel preſentationem ueſtram filii decani et Capituli communiter pertineas in ea forma, ſecundum quam dudum pro pauperibus clericis beneficiandis ſcripſimus, expectabat, Canonicatum et majorem prebendam dicte ecclesie, in qua minores, medie ac maiores prebende exiſtunt, et de antiqua et approbata et hactenus pacifice obſernata conſuetudine et a tempore, cujus contrarii memoria non exiſtit eſt obtentum et pacifice obſernatum, quod de minoribus ad medias et de mediis prebendis predictis ad majores prebendas prefatas per optionem et non aliter aſcendi debeat, per obitum quondam Conradi de Oſthern, ipſius ecclesie Canonici, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, uacantes et ad collationem ueſtram, filii decani et Capitulum, ſpectantes et quam prebendam tu, fili Johannes, iuxta eandem conſuetudinem optinueras et tenebas et poſſidebas, acceptauit et ſibi de illis obtinuit prouideri et nonnullas proceſſus fieri procurauit et fecit, a quibus pro parte ueſtra fuit ad ſedem apoſtolicam appellatum, idemque hogerus in cauſa appellationis huiusmodi et negotii principalis Tres pro ſe et contra uos ob defectum procuratoris ueſtri diffinitiuas ſententias in palacio cauſarum apoſtolico reportauit et ſuper eorum executione noſtras litteras impetrauit, quarum auctoritate moniti fuiſtis, ut ipſum hogerum ad ipſos Canonicatum et prebendam reciperetis et admitteretis, et nonnullos alios contra uos ſuper hiis proceſſus fieri fecit, diuerſas penas et ſententias continentes, quodque uos timentes, ne pro eo quod de huiusmodi et aliis conſuetudinibus dicte eccleſie obſeruandis iuramentum preſtituiſtis, perjurium incurreretis et conſuetudini derogaretur eidem, hogerum prefatum minime recepitiſtis ſed a proceſſibus appellatiſtis eiſdem: Quare nobis humiliter ſupplicaſtiſtis, ut prouidere uobis ſuper hoc de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur ueſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, uobis auctoritate apoſtolica tenore preſentium concedimus, quod huiusmodi iuramento et conſuetudine nequaquam obſtantibus, dictum hogerum ad huiusmodi Canonicatum et prebendam recipere et alias ipſis proceſſibus parere ualeatiſtis quodque per hec nullus ueſtrum incurrat perjurium nec eidem conſuetudini in aliquo derogetur. — Datum Auinion, XV. kal. Decembris, Pontificatus noſtri anno Septimo.

CLXV. Das Domcapitel zu Halberſtadt übernimmt die ſchiedsrichterliche Entſcheidung zwiſchen dem Domſiſte Stendal und dem Hoyer Falke, am 18. Nov. 1360.

Nos Lodewicus de honſtein ſenior Totumque Capitulum Eccleſie halberſtadenſis — recognoſcimus — Quod conſtitutus in noſtri preſentia diſcretus vir Johannes de Santerſleue, Canonicus eccleſie ſancti Nicolai in Stendal, procurator honorabilium virorum decani et Capituli Eccleſie ſancti Nicolai predictae, — propoſuit coram nobis, Quod licet honorabiles viri Decanus et Capitulum predicti procuratores hogeru falke, ejuſdem Canonici, uigore gracie ſue et reſcripti apoſtolici ſuper appellationibus a ſententiis et proceſſibus interpoſitiſtis ipſis directi, nomine ſuo in Canonicum et in fratrem recepiffent locum in capitulo et ſtallum in choro ac prebendam majorem cum plenitudine iuris canonici